



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

140. De quibusdam defectibus corporis in ordine ad celebrandam Missam,
v. g. quidam Sacerdos Missam velebrando non potest quando signo Crucis
manu tangere frontem, neque sunere Eucharistiam manu ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Et an possit cum illo fieri talis dispensatio? Ex part. 5. tract. 6. Ref. 17.

§. 1. Videtur negatiue respondendum, quia qui non cognoscit, ita fe habet ac si esset absens, non enim potest habere euidenciam rei presentis. Sed respondeo affirmatiue cum Ioanne Prapositione in 3. part. 9. 74. art. 2. dub. 1. n. 12. vbi sic ait. Cæcus qui ex relatione alterius nouit panem sibi esse presentem, eumque potest facile tangere, validè consecrari, etiam si non tangat, vel alio sensu actu percipiat. Aduerte tamen cæcum qui sine Pontificia dispensatione consecraret, grauitè peccaturum. Ita ille, & ante illum Coninck de Sacrament. 9. 74. art. 2. dub. 1. num. 9.

2. Non desinam tamen hic adnotare Nugnum in 3. part. 9. 74. art. 2. dub. 4. ad secundum argumentum, docere Sacerdotem cæcum validè consecrari, sed putat quod non possit fieri cum illo talis dispensatio. Sed tunc contrariam sententiam cum Prapositione, & Sotus in 4. dist. 9. 9. 1. art. 2. refert dispensatum fuisse aliquando cum Sacerdote cæco, vt celebraret, & idè Ochoagaia de Sacram. 1. de Euchar. 9. 6. n. 11. sic ait. Notandum est dum dicimus rem debere esse presentem secundum cognitionem, nomine cognitionis comprehendì vel notitiam oculorum, vt cum quis videt Hostiam consecrandam, vel notitiam tactus, vt cum quis non videt Hostiam, eam tamen tangit, quia est à uerbo. Propter quam rationem dixit Sotus loc. cit. se vidisse Tridenti quemdam Episcopum cæcum ex dispensatione Summi Pontificis celebrantem Sacram. Sic ille.

RESOL. CXXXIX.

An Sacerdos possit celebrare capite cooperto ex aliqua infirmitate?

Et aduertitur facultatem dispensandi celebrare capite cooperto ad Summum Pontificem spectare. Ex p. 2. tract. 14. Ref. 58.

§. 1. Respondeo negatiue, si non adest licentia Episcopi, seu Prælati cum Regularibus. Ita Homobonus de exam. Eccles. part. 1. tr. 4. c. 15. 7. 145. Scorzia de sacrif. Miss. lib. 3. c. 4. n. 2. Henriquez lib. 9. cap. 26. n. 2. Fagundes de prapositione. Eccles. part. 1. lib. 3. c. 21. n. 3. Layman in Theol. moral. lib. 5. tr. 5. c. 6. n. 6. & notat Scorzia Gregorium XIII. vix dispensasse cum Nicæ Episcopo, vt pro infirma valetudine, publicè (excepto tamen Canone) celebraret.

2. Verum est quod notat Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 83. sect. 3. & Filiuc. tom. 1. tract. 5. cap. 5. num. 152. Syluius in 3. part. 9. 83. art. 5. in fin. Si grauis infirmitas id exigere, nec possit tamen facilè dispensatio postulari, id posse sine graui culpa. Sed Petrus de Ledesma in sum. tom. 1. de sacrament. Euch. h. art. cap. 21. concl. 7. absolurè docet non esse peccatum mortale secluso scandalo, & contemptu celebrare cooperto capite, sine licentia Episcopi. Et in hanc sententiam inclinat Villalobos in sum. part. 1. tract. 8. dub. 29. num. 11. secluso tamen tempore Canonis. Opinio Ledesme mihi videtur probabilis. non est enim grauis materia, vt possit inducere peccatum mortale, si non adit scandalum, & contemptus. Sed post hæc scripta, facultatem dispensandi cooperto capite spectare ad Summum Pontificem, docet Gauantus in comment. ad Rubric. Missal. tom. 1. part. 2. tit. 2. lit. F. & ita declarasse Sacram Cardin. Congregationem super negotia Episcoporum die 2. Ianuar. 1590. & Sacram Rituum Congregationem die 31. Iulij 1626. affirmat.

RESOL. CXL.

De quibusdam defectibus corporis in ordine ad celebrandum Missam, & quidam Sacerdos Missam celebrando non potest quando se signat signo Crucis manu tangere frontem, neque sumere Eucharistiam manu dextera, sed tantum sinistra; queritur, an isti defectus inducant irregularitatem, vt absque dispensatione celebrare non possit?

Et docetur, quod Rubrica Missalis non omnes sunt preceptiue, sed aliqua sunt directiua tantum: & explanatur quales obligent ad mortale, & quales verò non. Ex p. 11. tr. 2. & Misc. 2. Ref. 51.

§. 1. Vidam Sacerdos Missam celebrando, non potest quando se signat signo Crucis manu tangere frontem, neque sumere Eucharistiam manu dextera, sed tantum sinistra. Queritur, an isti defectus inducant irregularitatem, vt absque dispensatione Pontificia celebrare minimè possit? Et more meo breuiter, & resolutoriè deueniendo ad punctum difficultatis negatiue respondeo; quia tunc ex defectu corporis inducitur irregularitas, quando (vt ait Magister Comejo in 3. part. D. Thoma, tom. 2. tract. 51. disp. 12. q. 2.) talis defectus facit omnino hominem inhabilem ad celebrandum, vel quod non possit celebrare sine notabili deformitate, aut horrore. Et hoc habetur in cap. Exposuisti. & cap. Presbyterum, de corpore vitiat, & communiter tenent Doctores, vt Gibalinus de Irregul. cap. 3. part. 2. quest. 2. num. 2. Valens in Paratilis ad ius Can. lib. 1. tit. 20. n. 2. Tolentus lib. 1. cap. 63. n. 3. Sayrus de Consil. 6. cap. 7. Suar. disp. 57. sect. 2. n. 15. Castrus Palaus tom. 6. disp. 51. punct. 11. num. 3. Prapositione in 3. part. D. Thom. 9. 5. de de irregularit. dub. 14. n. 113. Layman lib. 1. tract. 5. p. 5. cap. 7. num. 5. & 6. Sotus in 4. dist. 25. quest. 3. artic. 3. Henricus Eusembaum in medulla Theolog. moral. lib. 3. cap. 9. dub. 5. Ioannes Vigiers in supplement. 3. part. D. Thoma quest. 27. dub. 9. num. 37. Mercerus etiam in supplement. ad 3. part. quest. 74. dub. 13. num. 48. Gestaldus in Theolog. moral. tom. 2. tract. 25. cap. 2. num. 2. Reginaldus tom. 2. lib. 30. num. 46. Lessius in 3. D. Thoma cap. 7. de irregularit. dub. 1. num. 53. & seqq. Antonius Blondo de Censuris part. 2. artic. 15. num. 3. Molina de iust. tract. 3. disp. 70. n. 2. Henriquez lib. 14. cap. 8. Auila de Censur. part. 3. disp. 3. dub. 1. Ioannes de la Cruz in direct. part. 2. de irreg. ex defectu corporis, conclus. 2. Filiucius, Coninck vbi infra, & alij penes ipsos.

Quaerit mihi nimè plenè sup. hoc lege tamen, & non pigebit, in tom. 3. tr. 1. doctrinam Ref. 102.

2. Sed in nostro casu ex defectibus superius dictis Dominus Consulens non redditur inhabilis ad celebrandum, ne celebrando cum dictis defectibus, celebrat cum notabili deformitate, & horrore. Ergo non est irregularis. Probat minor, nam quaerit quis diceret, horrorem, & deformitatem notabilem apparere, quando Dominus Consulens dicendo Missam, & signando se signo Crucis non tangeret frontem, & sumendo Sacram Hostiam, illam sumeret cum manu sinistra, & non dextera: ergo quidem talem deformitatem, & horrorem in his non agnosco. Deinde hæc omnia difficulter circumstantes obseruabunt, & si obseruarent, notabilem deformitatem, & horrorem non inducerent, vt dixi: ergo nullam irregularitatem inducunt.

3. Confirmatur nostra opinio, nam si sumere Sacram Hostiam cum manu sinistra esset res indecens, & quod deformitatem induceret, vtique Sacerdotes inelytæ Religionis Dominicane non sumerent

merent Hostias in Sacrificio Missæ manu sinistra, vt faciunt, ergo.

4. Item considerandum est, quod non sumus in casu quo Sacerdotium esset suscipiendum, sed in suscepto; nam vt obseruat omnium Magister D. Thom. in 3. part. q. 82. art. vlt. ad 3. dicendum est non esse eandem regulam in ordine ad susceptionem Ordinum, & administrandum in susceptis. Ratio est, quia is qui ordinem suscipere debet, hoc ipso quod est inhabilis ad eos exercendos, est etiam irregularis, & inhabilis ad eos recipiendos. Qui verò iam ordinatus est, si talis defectus superueniat, dummodo per illum non reddatur notabiliter deformis, potest exercere illa officia, à quibus non impeditur. Quod etiam notauit Palaus, Præpositus, & alij vbi supra, quibus adde Filiucium tom. 1. tr. 19. c. 6. n. 158. Coninck de Sacram. disp. 18. dub. 13. n. 106. vbi sic ait; Quando defectus ordinato superueniunt, tantum prohibent eum Ordinis vsu, quem sine scandalo, aut periculo exercere non potest. Ita ille. Sed hæc non accidunt in casu nostro, vt suppono. Ergo.

5. Nec obstat dicere, per Rubricas Missalis Sacramentum Eucharistiam esse sumendam manu dextera; Nam respondeo, quod hoc in Rubricis asseritur, non quia talis cæremonia contineat in se aliquod particulare significatum, vt eleuatio, & fractio Hostiæ, & similia; sed ad maiorem commoditatem ipsa natura dicente se efficere, omnes enim actiones manu dextera complentur.

6. Adde: quod Rubricæ Missalis non omnes sunt præceptiuæ, sed aliquæ sunt directiuæ. Vnde docet Antonius Escobar, & Mendoza in Theolog. moral. tract. 1. exam. 11. part. 1. cap. 4. n. 41. & alij, non omnes Missalis Regulas ad mortale obligare, sed tantum illas, quæ sacrificij essentiam, vel quasi essentiam continent. Et illas Rubricas esse præceptiuas tenet Marchinus de Sacram. Ordin. part. 3. tr. 3. cap. 6. num. 4.

quæ frangunt aliquam legem Canonicam in corpore iuris contentam, vt de seruando ieiunio, integrando Sacrificio, de ara consecrata, de loco celebrandi non prohibito, de præmittenda Confessione post lethale, de benedictione vestimentorum, & eiusmodi, quorum singula in corpore iuris sunt expressa. Eas verò Rubricas dici directiuas, quæ nec in toto iure Canonico continentur, nec in Rubricis ponuntur cum verbis importantibus præceptum, qualia sunt Mandamus, præcipimus, & similia. Quæ omnia cum non inueniantur in nostro casu, vt de se patet, in illo nullam culpam agnosco. Et dato quod cæremonia, de quibus loquimur, si omitterentur per se aliquam culpam inducerent, quia omittuntur in casu nostro ex iusta causa, nullam culpam inducere dicendum erit.

7. Non desinat etiam hic obseruare, quod forsitan Dominus Consulens possit sumere Sacram Hostiam etiam manu dextera; nam licet non possit ad os suum illam appropinquare, videndum est an saltem possit, quasi faciendo Orationem demisso capite, illud adeò inclinare, vt recipiat in ore Eucharistiam intra digitos manus dexterae exiistentem, & sic in rigore, & literaliter obseruaretur Rubrica Missalis. Suppono tamen hanc capitis inelinationem pro sumenda Sacra Synaxi è manu dextera posse fieri absque magna deformitate, vt quidem reor, quod cum sit res consistens in facto, remitto videndam sapientissimis Theologis cum Domino Consulente commemorantibus. Verùm omnia à me superius dicta, ducta esse volo saluo aliorum meliori iudicio, & præsertim doctissimi, & Illustrissimi Antistitis ipsius Consulentis.

Sup. hoc infra in Ref. 172. §. Sed aliquis. in principio vique ad medium, & in aliis eius primæ not.

Sup. hoc in Refol. not. præterita, & in eodem §. ad medium, à vers. Quod probatur.

Sup. his verbis infra in Ref. 172. §. Sed aliquis. prope finem, vbi qualia sunt, & in aliis eius annot.

RESOL. CXLI.

An secluso scandalo, & contemptu, liceat sine causa infra celebrare extra Ecclesiam? Ex part. 2. tr. 14. Refol. 38.

§. 1. Affirmatiuè responderet Sotus in 4. sent. dist. 23. quæst. 2. art. 3. & post illum Emanuel Sacerdotum rectus ex Magistro Sacri Palatii ver. Missæ, n. 20.

2. Sed peccare mortaliter Sacerdotem celebrantem extra Ecclesiam sine iusta causa, asserunt communiter DD. Villalobos in sum. p. 1. tract. 5. dist. 2. n. 1. Homobonus in exam. Eccl. p. 1. tr. 4. c. 14. q. 137. Syluius in 3. p. q. 83. art. 3. concl. 4. Io. de la Cruz in dicit. conf. p. 2. de sacrif. Missæ, q. 83. dub. 1. concl. 1. Filiucium tom. 1. tr. 5. c. 4. q. 8. n. 115. & alij penes ipsos, & clare hoc determinatur & colligitur ex cap. sent. cap. sic ergo, c. nullus, de consecr. dist. 1. Et merito quidem ratione honoris & reuerentiæ tanto Sacramento debita, & cum materia ipsa grauis sit, consequenter obligatio præcepti ex suo genere sub mortali videtur. Cæteras rationes vide apud citatos DD.

RESOL. CXLII.

An celebrare extra locum sacrum sit peccatum mortale?

Et additur, quod præter peccatum mortale nullam tamen penam suspensionis vel interdicti ipso iure incurrant huiusmodi violatores. Ex part. 1. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 2.

§. 1. Pro sententia negatiua, secluso scandalo & contemptu alibi addaxi Sotum, & Sà, quibus nunc addo Ludouicum Lopez in instructio. moral. scientia tom. 2. c. 79. ante §. superest, & horum sententiam nouissimè inuenio nolle reprobare Franciscum Lugo de sacram. lib. 5. cap. 6. q. 2. n. 20. vbi sic ait: Licet reor hanc secundam sententiam esse communem, de iure tutam, & veram, & omninò tenendam in praxi. Quod autem quidam oppositam notare velint, & nimis liberam, absurdamque compellent, non omninò probò, cum habeat pro se, præter Sot. & Sà, non planè doctos & pios, Magistrum etiam Sacri Palatii cum aliis DD. quorum opera correctus Sacerdotum adhuc illam sententiam, quam etiam Azor. iudicat probabilem, dum hanc secundam solum vocat probabiliozem.

2. Plures item huius secundæ partis Auctores nullam notam inuunt primæ. Sanè sicut rigor antiquorum Canonum moderatus fuit quoad templorum consecrationem, vt iam sufficit templi benedictio, vel sola deputatio Prælati; Sic etiam videtur consuetudine temperari; quatenus non requiratur summa necessitas, sicut olim requirebatur in cap. si non alij, de consecr. dist. 1. sed honesta commoditas sufficiat ad celebrandum extra locum sacrum; cum autem commoditas honestatur deuotione particulari frequenter celebrandi, vel audiendi sacrum, quod aliter raro fieret, prima sententia putat excusari mortale peccatum, quod secunda sententia probabiliter negat. Hucusque Lugo.

3. Sed ego puto certissime affirmatiuam sententiam tenendam esse, quicquid asserat Lugo, & sententia Soti, & Sà est singularis, & contra communem, contra praxim Ecclesiæ, & prohibetur in cap. nullus, de consecr. dist. 1. & in Concilio Tridentino sess. 22. cap. de euitandis in celebr. Missæ, & præter Doctores quos etiam, me citato adducit Lugo vbi supra.

Sup. verbis de... in tom. 3. A... in tom. 4. c. 14. q. 137. Syluius in 3. p. q. 83. art. 3. concl. 4. Io. de la Cruz in dicit. conf. p. 2. de sacrif. Missæ, q. 83. dub. 1. concl. 1. Filiucium tom. 1. tr. 5. c. 4. q. 8. n. 115. & alij penes ipsos, & clare hoc determinatur & colligitur ex cap. sent. cap. sic ergo, c. nullus, de consecr. dist. 1. Et merito quidem ratione honoris & reuerentiæ tanto Sacramento debita, & cum materia ipsa grauis sit, consequenter obligatio præcepti ex suo genere sub mortali videtur. Cæteras rationes vide apud citatos DD.